



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XXXIV. S. Nicolai Monasterivm, In vrbe Patauiensi, seu Passauensi,
apud Germanos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

traducti sunt tantummodo viri, monialibus in dicto loco extra urbis mœnia remanentibus; communia tamen omnium fortunarum & nomine & possessione. Qua in rerum communione manserunt, usque ad annum 1248: quo tempore, Margareta Flandriæ & Hannoniæ Comitissa apud Gualterum Tornacensem Episcopum instantे, per Abbatem Valli ducis, moniales, quo ad fortunas, resque omnes, à Quercetanis monachis se iunctæ sunt. Sed duodecimo post anno, cum monialium cœnobium fulmine tactum penitusque exustum esset, locum illum execrantes, haud procul inde, apud Contracenses nouum monasterium adificarunt, in quo etiamnum habitant. Hæc ferè anno 1559. Ioanna Plassia Antistita, ex loci monumentis ad Latomum transscripsit.

CAPUT XXXIV.

S. NICOLAI MONASTERIVM, IN
vrbe Patauiensi, seu Passauensi, apud
Germanos.

DE fundatione huius monasterij, ita scribit Auentinus: Altmannus Episcopus Patauiæ, auxilio Agnetis Augusta & Hērici Neoburgensis, extra mœnia urbis Aurelianis mysticū monasterium extruxit, circa annum 1050. Literæ fundationis habent annum 1074. De Henrico Neoburgensi in illis nulla mentio, sed de ope aliorum nobilium, & quod hoc sit factū manu

manu & potestate Ruperti Comitis. In Chronicis scriptis monasteriorum Bauariæ, inuenio, in hoc loco olim à Tessalone, Bauariæ Duce, fuisse fundationem factam. Ut vt sit, Imperatrix Agnes iuxta tenorem fundationis, dedit fundum, in quo monasterium ædificatum est, cum duobus hortis, & duabus prædijs in codem loco. Idem dedit nonam partem omnium bonorum suorum, quæ possebit in Prosepeug & in Vespurglr.

Reliquum dedit Episcopis de suo patrimonio, non de Ecclesiæ bonis.

CAPUT XXXV.

LOENSIS PRAEPOSITURA IN
Flandriæ Comitatu.

LOA Flandriæ vetus opidum distat Furna, Dixmuda & Honschota duobus milliaribus. Dimidia opidi pars pertinet ad Præposituram Abbatialem Canonicorū Regularium, eo loci anno 1050. fundatam.

Initium dotationis fecerūt *Philippus Ipræ Burggrauius, Roberto Frisio, Flandriæ Comite natus, eiusque filius Guilielmus Iprensis*, qui Ecclesiæ Loensi dederunt terram præconis, Comitatum, stallum totius opidi, telonium, exactionem, cunctumq; ibi ius suum seculares, exceptis gladio & moneta: ut in diplomate donationis legitur. Confirmarunt id Flandriæ Comi-

H 3 tes,